Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

prasinos uiridi colore quia tunc pampini densat. Item roseos
currere marti sacrauerunt a quo romani exoriuntur. & q uexil
la romanorum cocco decorantur. siue qd mars gaudet sanguine.
Albos zephyris et serenis tempestatibus. Prasinos floribus terre
uenetos aqs uel aeri quia ceruleos colore. luteos. i. croceos ig
ni et soli. Purpureos yri sacrauerunt que arcum dicimus. qd iris
plurimos colores habeat. sicq; dum hac spectatione deorum cultibus
atq; elementis mundialibus; profanantur eosdem dos atq; eadem elemen
ta peculdubio colore noscuntur. unde animaduertere debes
xpiane qd circum noxia inmunda possideant. qua propter alienus
erit tibi locus quem plurimi satane spem occupauerunt. Totum
enim illum diabolus et angeli eius repleuerunt.

De theatro.
De scena.
De orastra.
De tragedis.
De comedis.
De themelices.
De histrionibus;
De mimis.
De saltatoribus.
& q patrono agatur.

Theatrum est quo scena includitur semi circuli figuram habens
in quo stantes omnis inspiciunt. cui forma primum rotunda
erat sicut et amphiteatri postea ex medio amphitheatro theatrum
factum est. theatrum autem ab ex pectando nominatum. anotecte o
riac. qd in eo populus stans desup atq; ex pectans ludos contem
plaretur. Idem u theatrum idem y pstibulum eo qd post ludos exactos.
meretrices ibi prostituerentur. idem y lupanar uocatum ab eisdem
meretricibus; que propter uulgati corpis leuitatem lupe nuncupa
bantur. Nam lupe meretrices s rapacitate uocite qd ad se
rapiant miseros & adprehendant. Lupanaria a paganis constitu
tuta s. ut pudor mulierum infelicium ibi publicaretur. et
ludibrio haberentur tam hii qui facerent quam que paterent.